



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ad Leonem X. Pontificem Maximvm**

**[Straßburg], 1519**

**VD16 L 3409**

Conclvsio XXXIIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34717**

M. L. RESOLVTIONES DE VIRTUTE IN  
em non sicut ille, sed in donis creatis, inquit, nullū est maius cha-  
ritate. Hic uero gratiā dei, & gratiā pape, in unius uocabuli Cha-  
os confudit, dignus author tali uel opinione, uel errore.

Sequitur in eodem libro.

Per quā etiā peccatorē remissionē, sibi, poenae in purgatorio  
propter offensam diuinæ maiestatis, luendæ, plenissime remit-  
tunt, atq; dicti purgatoriū poenae, omnino delent. Delphicū au-  
diuum oraculū, ut nihil oīno dubitat, qui oīa ignorat, de po-  
testate claviū in purgatoriū secure pñūtiat. Sed satis de his supra

Sequitur ibidem.

Et licet ad tantā gratiā merendā, nihil satis dignū possit retrī-  
bui, eo quod donum dei & gratia estimationē nō habent &c.  
Vides ut iterū donū & gratia dei inæstimabilē uocet, id qd pa-  
pa remittit, homo dignissimus, qui ecclesias doceat, id est, haere-  
tico& prostibula. Postq; his uerbis gratiā illā ad forū & nūdinas  
studiose adornarat, mox tamē Mercuriū suū habitu louis uestit  
ne ullus intelligat, quo d̄ lucrū quæreret, nisi qui non plusq; ipse  
intelligit. Permittit pauperib⁹ quoq; eam gratis dari, ita sane, si  
primū undecunq; pecunias corraderent a bonis (ut in  
quit) fautoribus, ita ut mendicantes frātres sine licentia suorē su-  
periorē pecuniā procurent (qa multo melior est apud hunc pseu-  
dolum remissio uel ficta poenae, quā salutaris obedientia) Cum  
nero nūsc̄ patuerit uia corrādēdi pecunias, ut gratiā illam redi-  
mant (id est, denuo emant, non quod illi uendant, sed quod ni-  
mia rerū similitudo cogit uocabulis abuti) tum demū dicit, Re-  
gnū enim cœlo& non plus diuitibus patere debet, quam pau-  
peribus. Iterū per uenias uolēs patere cœlum. Sed subtraho cala-  
mum, ne pro metitis in eos debacchetur. Sit satis iñdicasse fide-  
libus, pestilentia eorum sermonum tam insigni (ut par erat) in-  
uolutam inscitiae & ruditati, ut dignum esset operculum uasē.

C O N C L V S I O      XXXIII.

Gratiæ enim illæ ueniales respiciunt tantum poenas sa-  
tisfactionis sacramentalis, ab homine constitutas.

Hæc abunde patet ex quinta supra, & uicesima.

C O N C L V S I O      XXXV.

Non Christiana prædicant, qui docēt, quod redemptu-